

## SEIS DOCUMENTOS SOBRE MERCADOS Y FERIAS MEDIEVALES EN LA CORONA DE ARAGÓN

No son muy abundantes los documentos hasta ahora conocidos o publicados que se refieren a concesiones de mercados y ferias en los Estados hispano-cristianos de la Edad Media. En mi estudio sobre el mercado medieval en León y Castilla (AHDE, VIII, páginas 201-405), apenas si llegan a veinte los documentos de esta clase que pude utilizar de entre los publicados en los apéndices de obras diversas o en los cartularios y colecciones diplomáticas editados con anterioridad a 1931. En cuanto a los mercados y ferias medievales de la Corona de Aragón, solamente algunos documentos de esta índole han sido publicados hasta el día, ya en los apéndices de algunos estudios de historia local, ya, sobre todo, en la "Colección de documentos inéditos del Archivo general de la Corona de Aragón" de Bofarull, en la que se encuentran editados varios de los documentos sobre mercados y ferias catalanes que se guardan en dicho Archivo y que cita don José Balari en sus "Orígenes históricos de Cataluña".

Por ello, creo que no es superfluo dar a conocer en el ANUARIO los seis documentos que a continuación se transcriben y que se refieren a concesiones de mercados y ferias a distintas localidades de la Corona de Aragón en los siglos XIV y XV. De estos documentos, uno de ellos contiene la concesión por Jaime II en el año 1319 a la ciudad de Vich de unas ferias anuales en los diez primeros días de septiembre y se conserva inédito hasta ahora en el Archivo municipal de Vich. Los demás se guardan todos ellos en la Sección de Consejos del Archivo Histórico Nacional y fueron transcritos por mí hace ya muchos años. Cuatro de esos documentos del Archivo Histórico Nacional son los originales en pergamino y contienen las concesiones de mercados y ferias por los reyes de Aragón, Jaime II, Alfonso IV y Juan II a localidades del Reino de Valencia; otro es un testimonio —también en pergamino— expedido en el año 1571 de un privilegio de Pedro IV el Cерemonioso, concediendo en 1375 una feria anual a la puebla de Bellús, en el valle de Albaida (Valencia).

Los seis documentos de los siglos XIV y XV que damos a conocer difieren entre sí muy poco, tanto por su contenido como por las fórmulas empleadas en su redacción. Así, en todos los documentos que publicamos se declara que cuantos concurran al mercado o la feria de que se trata estarán garantizados en sus personas, bienes y mercaderías por la paz especial del "conductus", o sea, situados —tanto a la ida como al regreso y mientras el mercado o feria se celebran— bajo la especial protección y salvoconducto (*guidatico*) del rey, de tal manera que nunca puedan ser apresados, detenidos, sometidos a embargo o prenda, ni "marcados", es decir, objeto de represalia, no pudiendo tampoco ser molestados por causa de culpa, crimen o deuda ajenos, a no ser que ellos mismos fuesen los obligados por su propio débito o a título de fiadores y, aun en estos casos, sólo se podrá actuar contra sus personas y bienes si previamente han sido objeto de requerimiento o notificación conforme a derecho (*fatica iuris*). Asimismo, en nuestros documentos quedan excluidos de la protección del "conductus" los traidores y alevosos (*proditores, bausatores*), los homicidas, los monederos falsos, los quebrantadores de caminos, los sodomitas, los ladrones, los reos del delito de lesa majestad y otros malhechores cualesquiera. Por otra parte, todos los documentos que publicamos contienen la fórmula por la que se ordena al procurador o procuradores del Rey en unos documentos, al Lugarteniente real o Gobernador general, en otros, y en todos a los vicegerentes, y a los vegueres, bailes, justicias y otros oficiales públicos, que hagan observar las prescripciones contenidas en el diploma.

La similitud que se advierte a primera vista entre estos documentos de concesión de ferias y mercados de los siglos XIV y XV procede de que todos ellos se ajustan, con mayor o menor fidelidad y con unas u otras variantes, a las fórmulas que se empleaban en la Corona de Aragón durante la baja Edad Media para la redacción de las escrituras de concesión de ferias y mercados. Así, es patente en nuestros documentos la utilización de las fórmulas incluidas en el formulario de la Cancillería real aragonesa publicado por don Mariano Usón en este ANUARIO (cf. M. Usón y Sesé, *Un formulario latino de la Concillera real aragonesa. Siglo XIV*, AHDE, VI, 1929, págs. 329-407; VII, 1930, págs. 442-500; IX, 1932, págs. 334-374). Las dos primeras fórmulas contenidas en este formulario son una "Forma concessionis mercati" y una "Forma concessionis nundinarum" y un cotejo entre las mismas y los documentos que publicamos revela que aquellas fueron indudablemente el modelo seguido para redactar estos.

LUIS G. DE VALDEAVELLANO

I

CONCESIÓN POR JAIME II, REY DE ARAGÓN, A SU CONSEJERO GONZALO GARCÍA DE UN PRIVILEGIO DE MERCADO FRANCO EN EL LUGAR DE LOMBAY, EN EL REINO DE VALENCIA. Daroca, 3 de julio de 1310.

[Archivo Histórico Nacional. Consejos: Osuna, leg. 583,1 (14), Pergamino original con señales de sello.]

Nouerint vniuersi Quod Nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum, Valentie, Sardinie et Corsice ac Comes Barchinone, ob graciam et fauorem dilecti consiliarii et familiaris nostri Gondicålui Garsie volumus et concedimus per nos et nostros perpetuo quod in loco de Lombay in Regno Valentie situato sit mercatum de cetero die ueneris cuiuslibet septimane. Volentes et concedentes quod omnes homines cuiuscumque legis et condicionis existant, homicidis, latronibus, bausatoribus, monete falsatoribus, itinerum uiolatoribus ac crimen lese maiestatis committentibus dumtaxat exceptis, in veniendo ad dictum mercatum, in ibi stando ac etiam redeundo cum omnibus bonis, mercibus et rebus suis sint salui pariter et securi ac sub protectione et guidatico nostro specialiter constituti. Ita quidem ne capiantur, marchentur uel pignorentur in personis uel bonis suis culpa crimine vel debitibus alienis nisi ipsi principales debtores fuerint uel pro aliis obligati. Nec eciam in hiis casibus nisi prius fatica iuris legitime inuenta fuerit in eisdem. Mandantes per presens priuilegium nostrum procuratoribus, baiulis, iusticiis, ceterisque officialibus nostris presentibus et futuris quod huiusmodi concessionem nostram firmam habeant et obseruent ac faciant inuiolabiliter obseruari et non contraueniant nec aliquem contrauenire permittant aliqua ratione. Siquis autem contra hec ausu temerario ductus venire temptauerit, iram et indignationem nostram ac penam quingentorum morabetinorum auri nostro erario applicandorum se nouerit absque aliquo remedio incursurum, dampno illato primitus plenarie restituto. In cuius rei testimonium presentem inde cartam nostram fieri iussimus quam sigilli nostri pendentis munimine mandauimus roborandam. Datum Daroce quinto nonas Julii anno Domini Millessimo Tricentessimo decimo. Exp[rimente] B[ernardus] con[firmat].

Signum (*signo*) Jacobi Dei gratia Regis Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac Comitis Barchinoni.

[1.<sup>a</sup> col.] Testes sunt: Artaldus de Orta Comentator Montisalbani.

[2.<sup>a</sup> col.] Luppus Eximeni de Vorrea, Blasius de Alagone.

[3.<sup>a</sup> col.] Blasius Maça, Eximinus Prior de Salanoua, Justicia Aragonum.

Sig † num mei Bernardi de Auarsone domini Regis predicti Notarii.  
Qui de mandato ipsius hec scribi feci et o clausi loco, die et anno pre-  
fexis.

Bernardus de Auarsone mandabit mihi. Registrata.

## II

**CONCESIÓN POR JAIME II, REY DE ARAGÓN, A LA VILLA DE NULES, EN EL REINO DE VALENCIA, DE UN MERCADO LOS JUEVES DE TODAS LAS SEMANAS EN LUGAR DEL QUE, POR CONCESIONES ANTERIORES, SE CELEBRABA LOS SÁBADOS EN DICHA VILLA.** Burriana, 25 de marzo de 1318.

[Archivo Histórico Nacional. Consejos: Osuna, leg. 996, 2. Pergamino original.]

Nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac Comes Barchinone. Quia uos nobilis et dilectus noster Gilabertus de Scintillis nobis humiliter supplicastis quod cum mercatum quod ex concessione nostrorum predecessorum esse consueuit et celebrari qualibet septimana in die sabbati in popula seu villa del Nuules propter concessionem per nos seu predecessores nostros factam hominibus et habitatoribus ville Regalis de habendo et celebrando mercatum in villa Regali que parum distat a popula supradicta qualibet septimana in die sabbati deuenerit ad destruccionem dignaremur dictum mercatum quod esse consueuit in popula supradicta ad aliam diem de benignitate regia comutare. Nos itaque uestris supplicationibus condescendentis benigne concedimus et de nouo ordinamus per nos et nostros in perpetuum quod in dicta villa siue popula de Nuules sit mercatum quod celebretur qualibet septimana in die Jouis. Uolentes et concedentes quod omnes et singuli cuiscunque legis status et condicionis existant ad dictum mercatum venientes, stantes et redeuntes ab eodem, malefactoribus et bannitis dum taxat exceptis in eundo ad dictum mercatum et ibi stando ac etiam redeundo cum omnibus bonis, mercibus et rebus suis sint salui et securi et sub nostra proteccione et guidatico speciali constituti. Ita quod non capiantur, merchantur vel pignorentur aut impediantur in personis vel bonis suis culpa criminis vel debitibus alienis nisi ipsi principales debtores fuerint vel pro aliis ffideiussorio nomine obligati nec etiam in hiis casibus nisi prius fatica iuris inuenta fuerit in eisdem. Mandamus itaque per presentes procuratoribus eorumque vicesgerentibus. Nec non vicariis, baiulis, iusticiis, curiis, ceterisque officialibus et subditis nostris presentibus et futuris. Quod huismodi concessionem nostram firmant habeant et obseruent et non contraueniant nec aliquem

contrauenire permitant. Siquis autem contra hoc ausu temerario ductus venire attemptauerit iram et indignationem nostram et penam quingen-torum aurororum nostro erario applicandorum se nouerit absque aliquo remedio incurrisse dampno illato primitus plenarie restituto. In cuius rei testimonium presentem cartam fieri et magestatis nostre sigillo pendenti iussimus roborari. Datum in castilionem Campi de Burriana octauo kalendas Aprilis anno Domini Millessimo Trecentessimo octauo decimo. Sigillata.

Signum (*signo*) Iacobi Dei gratia Regis Aragonis, Valencie, Sardinie et Corsice ac Comes Barchinone.

[1.<sup>a</sup> col.] Testes sunt.—Inclitus Infans Jacobus primogenitus dicti domini regis.

[2.<sup>a</sup> col.] Gondicibus Eximi de Arenosio.—Dalmacius vicecomes de Rochabertino.

[3.<sup>a</sup> col.] Blasius Massa.—Guillelmus de Caneto.

Sig (*signo*) num mei Bernardi de Serradello scriptoris prefati domini Regis qui de mandato eiusdem hec scribi feci cum litteris rasia et emendatis in prima linea ubi dicitur prede et in linea III<sup>a</sup> vbi dicitur la, et in linea VI<sup>a</sup> vbi dicitur rebu, et in linea XI<sup>a</sup> ubi dicitur octauo et etiam in IIII<sup>a</sup> linea vbi dicitur dentes et clausit loco die et anno prefixis.

Bernardus de Serradello mandauit... facto per Petrum de Cortilio baiulum generalem Regni Valentie.

Bernardo de Serradello mandauit.

### III

CONCESIÓN POR JAIME II, REY DE ARAGÓN, A LA CIUDAD DE VICH DE UNA FERIA ANUAL DURANTE LOS DIEZ PRIMEROS DÍAS DE SEPTIEMBRE. Tarragona, 5 de febrero de 1319.

[Archivo Municipal de Vich. Pergaminos, vol. V, núm. 98.]

Noverint universi quod nos Jacobus, Dei gratia Rex Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac Comes Barchinone. Intendentes circa utilitatem et melioramentum Ciuitatis nostre Vici, cum presenti carta nostra concedimus et ordinamus per nos et nostros im perpetuum quod in dicta civitate Vici sint et celebrentur nundinae vel feria quae incipient prima die mensis Septembris primo venturi et deinde quolibet anno in eadem die per decem dies postea sequentes continue durature. Volentes et concedentes quod omnes et singuli cuiuscumque legis, status et conditionis existant ad dictas nundinas et firam venientes, stantes et redeuntes, ab eadem malefactoribus et bannitis dumtaxat exceptis, in

eundo ad dictas nundinas et firam et ibi stando et redeundo ab eadem cum omnibus bonis, mercibus et rebus suis sint salvi et securi et sub nostra proteccione et guidatico speciali constituti. Ita quod non capiantur, marchentur vel pignorentur aut impedianter in personis vel bonis suis culpa criminis vel debitum alienis nisi ipsi principales debitores fuerint vel pro aliis fideiusorio nomine obligati nec in suis casibus nisi prius fatica iuris inventa fuerit de eisdem. Mandamus itaque per presentem procuratoribus eorumque vicegerentibus nec non vicariis, baiulis, iusticiis curiis ceterisque officialibus et subditis nostris presentibus et futuris quod huiusmodi concessionem nostram firmam habeant et observent et faciant inviolabiliiter observari et non contraveniant nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione. Si quis autem contra hoc auso temerario ductus venire attemptaverit iram et indignacionem nostram et penam quingentorum aureorum nostro erario applicandorum se noverit absque aliquo remedio incurrisse dampno illato primitus et plenarie restituto. In cuius rei testimonium presentem cartam fieri et magestatis nostre sigillo pendenti iussimus roborari; Datum Terrachone, nonas Februarii anno Domini millesimo trecentessimo nonadecimo.

Sig<sup>t</sup> num Jacobi Dei gratia regis Aragonum, Valencia, Sardinie et Corsice ac Comitis Barchinone.

Testes sunt Reverendus Johannes Toletanus electus domini Regis natus et Cancellarius. Eximinus Terrachone Archiepiscopus. Berengarius vicensis episcopus. Guillermus de Angularie. Gombaldus de Benavent.

Sig<sup>t</sup> num Francisci de Bastida predicti domini Regis scriptoris. Qui de mandato ipsius hec scribi fecit et clausit.

## IV

**CONFIRMACIÓN POR ALFONSO IV, REY DE ARAGÓN, DEL PRIVILEGIO CONCEDIDO POR JAIME II A SU CONSEJERO GONZALO GARCÍA PARA LA CELEBRACIÓN DE UN MERCADO FRANCO EN LOMBAY.** Valencia, 25 de abril de 1335.

[Archivo Histórico Nacional. Consejos: Osuna, leg. 583 (14). Pergamino original con señales de sello.]

Nouerint uniuersi quod Nos Alfonsus Dei gratia Rex Aragonum, Valencia, Sardinie et Corsice ac Comes Barchinone. Considerantes illustrissimum principem dominum Jacobum felicis memorie Regem Aragonum patrem nostrum ad supplicationem [uestri] dilecti Consiliarii nostri Gonçissalui Garcie tum privilegio suo eius sigillo pendenti munito concessisse quod in loco nostro de Lombay perpetuo celebretur mercatum quolibet anno die veneris cuiuslibet septimane prout in priuilegio

ipso quod datum fuit Daroche quinto nonas iulii anno Domini Millessimo trecentessimo Decimo et clausum per Bernardum de Auersone dicti domini Regis notario hec et alia lacus continentur. Nunc autem pro parte uestri dicti Gondissalui Garcie fuit nobis humiliter suplicatum ut diem dicti mercati ad suscriptum commutare de benignitate Regia dignaremur. Nos uero suplicationi ipsi fauorabiliter annuentes. Tenore presentis carte nostre concedimus et statuimus quod sicuti dictum mercatum celebrabatur in die veneris celebretur de cetero perpetuo in die martis cuiuslibet septimane. Volentes et concedentes quod omnes homines cuiuscumque legis et condicionis existant, homicidis, latronibus, bau-satoribus, monete falsatoribus, itinerum violatoribus ac crimen lese maiestatis committentibus dumtaxat exceptis, in ueniendo ad dictum mercatum inibi stando ac eciam redeundo cum omnibus bonis, mercibus et rebus suis sint salui pariter et securi ac sub proteccione et guidatico nostro specialiter constituti. Ita quidem ne capiantur, marchentur velis pignorentur in personis vel bonis suis culpa crimene vel debitibus alienis nisi ipsi principales debitores fuerint vel pro aliis obligati. Nec eciam in hiis casibus nisi prius fatica iuris inuenta fuerit in eisdem. Mandantes per presens priuilegium nostrum procuratoribus, Baiulis, iusticiis ceterisque officialibus nostris presentibus et futuris quod huiusmodi concessionem nostram firmam habeant et obseruent, at faciant inuiolabiliter obseruari et non contraueniant nec aliquem contrauenire permittant aliqua ratione. Si quis autem contra hec ausu temerario ductus uenire temptauerit iram et indignacionem nostran ac penam quingentorum morabetinorum auri nostro erario aplicandorum se nouerit absque aliquo remedio incursum, dampnus illato primitus plenarie restituto. Premissam autem mutacionem facimus et facere intendimus sine iuris preiudicio alieni. In cuius rei testimonium presentem cartam nostram fieri iussimus quam sigilli nostri pendentis munimine mandauimus roborandam. Datum Valencie septimo kalendas Madii anno Domini Millessimo Trecentessimo Quinto prouissa.

Signum (*signo*) Alfonsi Dei gracia Regis Aragonum, Valencie, Sardinie et Corsice ac Comitis Barchinone.

[1.<sup>a</sup> col.] Testes sunt. Raymundus Episcopus Valentinus.

[2.<sup>a</sup> col.] Petrus de Exericha. Gaufridus Guilaberti de Trudiliis.

[3.<sup>a</sup> col.] Neapolionus dicti domini Regis germanus. Vguetus de Impuriis.

Sig<sup>t</sup> num Bernardi de Podio predicti domini Regis scriptoris. Qui de mandato ipsius hec scribi fecit et clausit. Die et anno quo supra.

Bernardus de Podio mandatum domini Regis.

## V

CONCESIÓN POR PEDRO IV, REY DE ARAGÓN, A INSTANCIA DE RAIMUNDO ALMANY DE TORROELLA, DE UNA FERIA ANUAL A LA PUEBLA DE BELLÚS, EN EL VALLE DE ALBAIDA (VALENCIA), 13 de septiembre de 1375.

[Archivo Histórico Nacional. Consejos: Osuna, leg. 712, 3 (11). Testimoniazo en pergamino expedido a 4 de octubre de 1571. Hay un sello de placa.]

Nos Petus (*sic*) Dei gratia Rex Aragonum, Valencie, Majoricarum, Sardum et Corsice comesque Barcinone, Rossilionis et Ceritanie, propter grata et accepta seruicia nobis et nostris per predecessores vestri fidelis nostri Reymundi Alamanni de Toralla domicelli multipliciter impensa. Nec non ad humilem suplicationem quorundam fidelium domesticorum et familiarium nostrorum pro hiis nobis factam et ut locus vester popule de Bellvis melius suscipiat Incrementum Tenore presentis concedimus vobis dicto Raymundo Alamanni de Toralla et probis hominibus universitatis dicti loci quod in ipso loco siue popula de Bellvis sint et celebrentur de cetero quolibet anno nundine perpetuo que incipiat die dominica post festum Beati Michaelis Arcangeli mensis Septembris et durent per tres dies continue subsequentes. Volentes et concedentes quod omnes et singuli cuiscumque legis aut conditionis existant ad dictas nundinas venientes cum rebus et mercibus quas secum detulerint sint salvi et securi veniendo, estando ac etiam redeundo et sub nostra speciali protectione et guidatico constituti sic quod non possint capi, detineri, pignerari, marcari seu aliquatenus impedire culpa criminis vel debitum alienis nisi ipsi in eis principales fuerint aut fideiussorio nomine obligati nec etiam in hiis casibus nisi in eis fatica inuenta fuerit de directo. Excipimus tamen ab hiis et excludimus proditores, falsatores monete, violatores itinerum, sodomitas, latrones, crimen lese Magestatis committentes et alios malefactores quoquamque. Mandantes per presentem cartam nostram locumtenenti nostro generali, eiusque vices gerentibus, gubernatoribus, vicariis, baiulis, certisque officialibus nostris presentibus et futuris quod concessionem nostram huismodi teneant firmiter et obseruent et faciant perpetuo inuiolabiliter obseruari et non contraueniant nec aliquem contrauenire permittant aliqua ratione quicunque auctem ausu temerario ductus /venire/ <sup>1</sup> contra premissa attentauerit iram et indignationem nostram ac penam Mille Morabetinorum auri nostro erario aplicandorum se nouerit absque remedio aliquo incursum dampno illato primitus et plenarie restituto in cuius rei testimonium presentem vobis fieri et sigillo nostre Magestatis impendentem iussimus comuniri, datum Bar-

1. Entre lineas.

chonone decimo tercio die septembris anno a Natuitate Domini Millesimo tricentessimo septuagessimo quinto Regnique nostri quadragessimo decanus. Signum (*signo*) Petri Dei gracia Regis Aragonum, Valencie, Maioricarum, Sardicum et Corsice comitisque Barcinone, Rossilionis et Ceritanie. Teste sunt Joannes archiepiscopus Tarragonensis, Infans Martinus comes Bisulduni et Lune ac Xerice, Dalmacius de Muro, nobilis Gilabertus de Crudillis et Berengarius de Crudillis milites. Dominus Rex mandauit michi Petro Thome.

Sig † num meum Sebastiani Costa Regii scribe petitionerii (*sic*) nec non autem Regia notarii publici ciuis Barcinone. Qui huius modi exemplum aliena manu fideliter scriptum sumpsi a quodam regestro Serenissimi domine Regis Petri diui nominis tertii Gratiarum LXXV. Intitulatio in Regio archivo Barcinone recondito et cum eodem ad uerbum comprobaui tenentisque claves dicti Regii archiui Vice et loco magnifici Antoni Viladumor Regii secretarii et archiuarii Barcinone populati absentis clausi. Cum addito in lineis XI vbi legitur venire, die primo mensis octobris anno a natuitati domini M.D.LXXI.

Magnificis et circunspectis viris vniuersis et singulis officialibus iudicibus et personis presentes testimoniales litteras in specturis visuris, lecturis, paritterque audituris, nos Enricus terre de picalques ciuis et Regens Vicariam Barcinoni. Salutem et honoris continui incrementum circumspetionibus vestris et cuiuslibet vestrum reparamus et fidem facimus ex prefatus Sebastianus Costa qui prefatum exemplum clausit, subscrispsit et subsignauit est regius petitionerius scriba et auctoritate Regia notarius publicus ciuis Barcinone tenesque claves Regii archiui vice et loco magnifici Anthonii Viladumor Regii Secretarii Barcinone populati et eius instrumentis et scripturas fides ab omnibus adhibetur quo circa presentes nostras testimoniales litteras vobis fieri iussimus sigilloque nobis comissi officii roboratum. Datas Barcinone Die vigessima quarta mensis octobris anno a Nativitate Domini Millessimo quingentessimo Septuagessimo primo.

## VI

CONCESIÓN POR JUAN II, REY DE ARAGÓN, AL LUGAR DE CASTELLÓN DE RUGAT, EN EL REINO DE VALENCIA, DE UN MERCADO SEMANAL Y DE QUINCE DÍAS DE FERIA AL AÑO. San Mateo, 9 de marzo de 1466.

[Archivo Histórico Nacional. Consejos : Osuna, leg. 712, 1 (23). Pergamino original con señales de sello.]

Nos Joannes Dei gracia Rex Aragonum, Navarre, Sicilie, Valencie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comes, Barchinone, Dux Athenarum

et Neopatrie ac etiam Comes Rossilionis et Ceritanie. Circa meliora-  
 menta Loci Castiliones de Rugat in Regno nostro Valencie siti quisquidem  
 locus esse dicitur vestri nobilis et dilecti Consiliarii nostri Jacobi Romeu  
 militis vt conuenit intendentes. Vt locus ipse suscipiat incrementum.  
 Supplicationibus pro parte vestri dicti nobilis Jacobi Romeu serenitati  
 nostre reuerente efusis benigne annuentes tenore presentis de que nos-  
 tri certa sciencia et expresse concedimus vobis dicto nobili Jacobo Ro-  
 meu, officialibus et vniuersitati dicti loci, quod in eodem sit et celebretur  
 perpetuo mercatum in die veneris cuiuslibet Septimane quodadmodum  
 iam alias ex concession regia dicto loco fuit hocmet concessum. Et ni-  
 chilominus ad mairois gracie cumulum concedimus vobis dicto nobili Ja-  
 cobo Romeu, officialibus et vniuersitati loci predicti, quod in eodem anno  
 qolibet de cetero celebrentur nundine perpetuo que incipient in die siue  
 festo Beatissime Virginis Marie mensis Septembris et current per quindecim  
 dies continuos et inmediate sequentes. Volentes et concedentes quod  
 omnes et singuli cuiseunque legis, secte aut condicionis existant ad dic-  
 tum mercatum seu ad dictas nundinas venientes cum rebus et mercibus  
 quas secum detulerint sint saluis et securi in ueniendo, stando ac etiam  
 redeundo et sub nostra speciali protectione et gudatico constituti. Sit  
 quod non possint capi, detineri pignorari, marchari seu aliquatenus im-  
 pediri culpa crimene, vel debit alienis, nisi ipsi in eis principales fuerint  
 aut fideiussorio nomine obligati. Necnon etiam in his casibus nisi prius in  
 eis fatica inuenta fuerit de directo. Excipimus tamen ab hos et excludimus  
 proditores, fabricatores false monete, violatores itinerum et viarum publi-  
 carum, Sodomitas, latrones, crimen lese Magestatis comitentes et alios  
 malefactores qui per futurum Regni Valencie guidari non possint. Mandan-  
 tes per presentem cartam nostram Gubernatori nostro generali eiusque  
 vicesgerentibus, baiulis, [iusticiis], ceterisque officialibus et subditis nostris  
 vbi libet constitutis dictorumque officialium Locatum presentibus pariter-  
 que futuris quod concesiones nostras huius modi uniuersaque singula ibi-  
 dem contentus iuxta sui seriem et tenorem teneant firmiter et obseruent  
 in perpetuo e obseruare faciam inuiolabiliter per quoscumque. Et nom con-  
 trafaciant vel veniant aut aliquem contrafacere vel venire permitant ra-  
 cione aliqua causa. Quicumque quod auso temerario ductus venire contra  
 premissa attentauerit iram et indignationem nostram ac penam Floren-  
 rum auri nostro erario aplicandorum seu nouerit absque remedio aliquo  
 incurrisse damno illato plenarie restituto, in quorum testimonium presen-  
 tem fieri iussimus (*manchado*) communire sigillo pendenti munitum. Datum  
 in villa Sancti Mathei die VIII<sup>o</sup> Martii Anno a nativitate Domini Millesimo  
 CCCCLXVI Regnique nostro Navarre quadragesimo primo aliorum vero  
 Regnorum nostrorum Nono.

Sigillum (*signo*) Joannis Dei gratia Regis Aragonum, Navarre, Sicilie,  
 Valentie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comitis Barchinone, Ducis  
 Athenarum et Neopatrie ac etiam Comitis Rossilionis et Ceritanie. Rex  
 Joannes (*Confirmación autógrafa del Rey*).

[1.<sup>a</sup> col.] Testes sunt: Venerabilis Ludouicus Puig Magister ordinis militie beate Marie de Muntesia et Sancti Georgii.

[2.<sup>a</sup> col.] Spectabilis Joannes Roiz de Corella, Comes de Cocentayna. Rogerius Ladro Vicecomes Villanove.

[3.<sup>a</sup> col.] Ludouicus de Vich Magister rationalis Curie regie in Regno Valentie et Ludouicus de Monteacuto milites Consiliarii domini Regis predicti.

Sig † num mei Joannis Christian serenissimi domini Regis predicti Secretariis regiaque auctoritate publici Notarii per vniuersam ipsius dictione. Qui per(*manchado*) dem domini Regis mandato scribi feci clausique.

Dominus Rex manu mihi Joanni Cristiam Visa per Vila pro Thesaurario et Conseruatore.

(*Margen izquierda*) In gratiarum Valentie primo Registrata LVIII

(*Margen derecha*) Vila Regis pro thesuario et conseruatores.